



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gaudium Orbis Universi. Sive Lætitia Generis Humani.
Augustissima Cælestium, Terrestrium, & Infernorum
Regina, Deipara Virgo, Maria, Ex Qua Per Benedictum
Fructum Ventris Ejus Post tot Myriades ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, 1689

Gebet

urn:nbn:de:hbz:466:1-38142

A D Te ergo O Clemens indigentibus ! O Pi & inn
 orantibus ! O Dulcis diligentibus ! O Clem
 penitentibus ! O Pia profcientibus ! O dulcis rem T
 templantibus ! O Clemens laborando ! O Pia larg defend
 do ! O Dulcis Te donando ! O Clemens consolan audacia
 O Pia blandiendo ! O Dulcis osculando ! O Cle
 effectu ! O Pia in affatu ! O clemens in conceptu
 Pia in aspe&tu , dulcis in amplexu , dulcis in amor
 etis , Clemens in subjectis , Pia in correctis , dul
 dilectis , O Clemens ! O Pia ! O Dulcis Virgo M
 A Te , inquam (liceat mihi cum magno illo , I
 rum encomiorum defensore acerrimo Mariophilo
 P. Petro Canisio dicere .) Augustissima Regna
 demque fidissima Mater MARIA , quan
 ne fructu piè nullus implorat , & cui mortales
 beneficiorum memoriam sempiterna devincti sunt ,
 atque etiam reverenter oro & obsecro , ut hoc qu
 cumque observantiae erga Te meæ testimonium
 & gratum habere velis , utque oblati munera
 tatem studioſa offerentis voluntate metiri , ac tu
 potenti Filio comprobare digneris . De hominu
 diciis non labore : quæ pro ingeniorum & affectu
 varietate sunt diversissima ; & in horas mura
 Horum dentes fugit nemo , nec effugiet . Tu
 suffragio meus hic labor , non dicam , commendem
 sed saltem excusat , tuoque patrocinio fulcim
 fatis est . Nulla me vanitatis ad Tuas laudes scri
 das induxit ambitio . Juratus , & à puerō cultus

(*) P. Petr. Canisius ut sup. lib. 5. cap. 31. in fine opt.

& innumera beneficia immerito concessa , maximè
 verò Parthenium Marianæ Sodalitatis votum hono-
 rem Tuum ubique promovendi , propagandi , &
 defendendi , quotidiano cultu emissum , animum &
 audaciam scribendi fecerunt. Atque hinc illud Orbis
 Idolum , quid dicent homines , quòd tam præsum-
 ptuose audax illam tentem celebrare Virgi-
 nem , cui laudandæ nulla lingua , nec calamus hacte-
 nus extitit , nec existet , qui condigne possit , aut præ-
 sumat de ea loqui , penitus repudiavi , tretus mater-
 no affectu , qui filiorum aut clientulorum suorum ,
 etiam renuia obsequia non respuit.(b) Titulus Subje-
 ctionis , Obligationis , Gratitudinis . & Amoris omnem
 humanorum judiciorum formidinem exclusit.(c) Non
 sum Ephræm fateor , ut cum illo dicere audeam :
 DIGNARE ME LAUDARE TE
 VIRGO SACRATA : nec sum Damascenus ,
 ut novos hymnos Tuæ dignitati spondeam : nec Hilde-
 phonsus etiam , ut ob suscepta pro Te certamina pro-
 prio munere cohonester . Satis præmij verò retulisse
 videbor , si me albo tuorum , non dicam , amicorum
 aut filiorum , sed Clientulorum & servulorum saltem
 adscribi patiaris , Téqæ apud æquissimum Judicem
 Deum Patronam faventem mihi præbeas immerenti ,
 eamque gratiam impetres , quæ ad hoc meum quale-
 cunque ministerium cum fructu obeundum , & perfectè
 complendum desideratur. Ad extremum si quædam in
 hoc

(b) Petrus Canisius sup. (c) S. Ephræm, in orat: ad Deip: Virg:
 Vide Joann: Hierosolym: in vita Damasceni. Vide Julianum Po-
 merium in vita Hildephons.

hoc Opusculo vel reprehendenda, vel corrigenda prudens
videbuntur, haud sanè impedio, quò minus illi
& charitatis jure nostra & reprehendant, & corrigant
quos amanter etiam rogo, ut pro candore suo condone
aliquid nostræ imbecillitati. Sin rectè à nobis aliquis
& consentaneè scriptum est, nihil nobis hac in p[ro]p[ri]etate
tribui, aut adscribi postulamus, sed hoc unum, in p[ro]p[ri]etate
sæpè, ita nunc etiam ex animo dictum ac repetitum
volumus. JESU CHRISTO Opt: Max: I
& MARIÆ incomparabili Virg[in]e
Matri in cælo, terraque, tum gratia, tum
gloria sempiterna.

